Die XXIX. Septembris

## Dedicationis
## S. Michaëlis Archangeli.

**Introitus.** **Ps. 102.**

Benedícite Dóminum omnes Angeli ejus: poténtes virtúte, qui fácitis verbum ejus, ad audiéndam vocem sermónum ejus. Ps. ibid. Bénedic ánima mea Dómino: et ómnia quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.
V. Glória Patri.

**Oratio.**

Deus, qui miro órdine Angelórum ministéria, hominúmque dispénsas: concéde propítius; ut a quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Léctio libri Apocalýpsis beáti Joánnis Apóstoli. Apoc. 1.

In diébus illis: Significávit Deus quæ opórtet fíeri cito, mittens per Angelum suum servo suo Joánni, qui testimónium perhíbuit verbo Dei, et testimónium Jesu Christi, quæcúmque vidit. Beátus qui legit, et audit verba prophetíæ hujus: et servat ea, quæ in ea scripta sunt: tempus enim prope est. Joánnes septem ecclésiis, quæ sunt in Asia. Grátia vobis, et pax ab eo, qui est, et qui erat, et qui ventúrus est; et a septem spirítibus, qui in conspéctu throni ejus sunt: et a Jesu Christo, qui est testis fidélis, primogénitus mortuórum, et princeps regum terræ, qui diléxit nos, et lavit nos a peccátis nostris in sánguine suo.

Въ к҃ѳ, де́нь септе́мврїѧ

## С҃та́гѡ
## михаи́ла а҆рха́гг҃ла

**Пристꙋпъ** **Ѱал. р҃в.**

Благослови́те гд҃а всѝ а҆́гг҃ли є҆гѡ̀, си́льнїи крѣ́постїю, творѧ́щїи сло́во є҆гѡ̀, ᲂу҆слы́шати гла́съ слове́съ є҆гѡ̀. Ѱал. то́йже. Благословѝ, дꙋшѐ моѧ̀, гд҃а, и҆ всѧ̑ внꙋ́треннѧѧ моѧ̑, и҆́мѧ ст҃о́е є҆гѡ̀.
С. Сла́ва ѻ҆ц҃ꙋ.

**Моли́тва**

Бж҃е, и҆́же чꙋ́днымъ чи́номъ а҆́гг҃льскїѧ слꙋ́жбы и҆ чл҃овѣ́ческїѧ ᲂу҆строѧ́еши, пода́ждь ми́лостивнѡ, да и҆́же тебѣ̀ слꙋжа́ще на нб҃сѝ всегда̀ предстоѧ́тъ, тї́и на землѝ живо́тъ на́шъ ѡ҆градѧ́тъ. Гд҃емъ на́шимъ і҆и҃сомъ хр҃то́мъ, сн҃омъ твои́мъ, и҆́же съ тобо́ю живе́тъ и҆ ца́рствꙋетъ въ є҆ди́нствѣ д҃ха ст҃а́гѡ бг҃ъ, во всѧ̑ вѣ́ки вѣкѡ́въ.

Чте́нїе кни́ги а҆покалѷ́ѱїса блаже́ннагѡ і҆ѡа́нна а҆п҃ла. А҆пок. а҃.

Во дни̑ ѻ҆́ны: Сказа̀ бг҃ъ, є҆́же подоба́етъ бы́ти вско́рѣ, посла́въ чре́з̾ а҆́гг҃ла своего̀ рабꙋ̀ своемꙋ̀ і҆ѡа́ннꙋ, и҆́же свидѣ́тельствова сло́во бж҃їе и҆ свидѣ́тельство і҆и҃съ хр҃то́во, и҆ є҆ли̑ка ви́дѣ. Бл҃же́нъ чты́й, и҆ слы́шащїи словеса̀ прⷪ҇ро́чествїѧ, и҆ соблюда́ющїи пи̑санаѧ въ не́мъ: вре́мѧ бо бли́з̾. І҆ѡа́ннъ седми́мъ цр҃квамъ, ꙗ҆̀же сꙋ́ть во а҆сі́и: бл҃гⷣть ва́мъ и҆ ми́ръ ѿ сꙋ́щагѡ, и҆ и҆́же бѣ̀, и҆ грѧдꙋ́щагѡ, и҆ ѿ седмѝ дꙋхѡ́въ, и҆̀же пред̾ прⷭ҇то́ломъ є҆гѡ̀ сꙋ́ть, и҆ ѿ і҆и҃са хрⷭ҇та̀, и҆́же є҆́сть свидѣ́тель вѣ́рный, пе́рвенецъ и҆з̾ ме́ртвыхъ и҆ кн҃зь царе́й зе́мныхъ: лю́бѧщꙋ ны̀ и҆ ѡ҆мы́вшꙋ на́съ ѿ грѣ̑хъ на́шихъ кро́вїю свое́ю.

**Graduale. Ps. 102.** Benedícite Dóminum omnes Angeli ejus: poténtes virtúte, qui fácitis verbum ejus. V. Bénedic ánima mea Dóminum, et ómnia interióra mea nomen sanctum ejus. Allelúja, allelúja.
V. Sancte Míchael Archángele, defénde nos in prælio: ut non pereámus in treméndo judício. Allelúja.

Степе́ннаѧ Ѱал. р҃в. Благослови́те Гд҇а, вси̑ а҆́гг҃ли є҆гѡ̀, си́льнїи крѣ́постїю, творѧ́щїи сло́во є҆гѡ̀. С. Благослови̑, дꙋшѐ моѧ̀, Гд҇а, и҆ всѧ̀ внꙋ́трєннѧѧ моѧ̀, и҆́мѧ ст҃о́е є҆гѡ̀. А҆ллилꙋ́їа, а҆ллилꙋ́їа.
С. Ст҃ы́й Михаи́ле а҆рхагг҃ле, защити̑ ны̀ въ бра́ни: да не поги́бнемъ на стра́шнѣмъ сꙋдѣ̀. А҆ллилꙋ́їа.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum. Matth. 18.

In illo témpore: Accessérunt discípuli ad Jesum, dicéntes: Quis putas major est in regno cælórum? Et ádvocans Jesus párvulum, státuit eum in médio eórum, et dixit: Amen dico vobis, nisi convérsi fuéritis, et efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum cælórum. Quicúmque ergo humiliáverit se sicut párvulus iste, hic est major in regno cælórum. Et qui suscéperit unum párvulum talem in nómine meo, me súscipit. Qui autem scandalizáverit unum de pusíllis istis, qui in me credunt, éxpedit ei, ut suspendátur mola asinária in collo ejus, et demergátur in profúndum maris. Væ mundo a scándalis. Necésse est enim ut véniant scándala: verúmtamen væ hómini illi, per quem scándalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalízat te, abscíde eum, et prójice abs te: bonum tibi est ad vitam íngredi débilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habéntem, mitti in ignem ætérnum. Et si óculus tuus scandalízat te, erue eum, et prójice abs te: bonum tibi est cum uno óculo in vitam intráre, quam duos óculos habéntem, mitti in gehénnam ignis. Vidéte, ne contemnátis unum ex his pusíllis: dico enim vobis, quia Angeli eórum in cælis semper vident fáciem Patris mei, qui in cælis est.
Credo.

✠ Послѣ́дованїе ст҃а́гѡ є҆ѵⷢ҇лїа ѿ Матѳе́а. Мѳ. ı҃и.

Во вре́мѧ ѻ҆́но: Прїидо́ша ᲂу҆чн҃цы̀ ко І҆ис҃ꙋ, глаго́люще: кто̀ ᲂу҆̀бѡ бо́лїй є҆́сть въ цр҇твїи нбⷭ҇нѣмъ; И҆ призва́въ І҆ис҃ъ ѻ҆трочѧ̀, поста́ви є҆̀ посредѣ̀ и҆́хъ и҆ речѐ: а҆ми́нь гл҃ю ва́мъ, а҆́ще не ѡ҆братите́сѧ и҆ бꙋ́дете ꙗ҆́кѡ дѣ́ти, не вни́дете въ црⷭ҇тво нбⷭ҇ное: и҆́же ᲂу҆̀бо смири́тсѧ ꙗ҆́кѡ ѻ҆трочѧ̀ сїѐ, то́й є҆́сть бо́лїй во цр҇твїи нбⷭ҇нѣмъ: и҆ и҆́же а҆́ще прїи́метъ ѻ҆трочѧ̀ таково̀ во и҆́мѧ моѐ, менѐ прїе́млетъ: а҆ и҆́же а҆́ще соблазни́тъ є҆ди́наго ма́лыхъ си́хъ вѣ́рꙋющихъ въ мѧ̀, ᲂу҆́нѣе є҆́сть є҆мꙋ̀, да ѡ҆бѣ́ситсѧ жє́рновъ ѻ҆сє́лскїй на вы́и є҆гѡ̀, и҆ потонетъ въ пꙋчи́нѣ морстѣ́й. Го́ре мі́рꙋ ѿ собла́знъ: нꙋ́жда бо є҆́сть прїитѝ собла́зномъ: ѻ҆ба́че го́ре человѣ́кꙋ томꙋ̀, и҆́мже собла́знъ прихо́дитъ. А҆́ще ли рꙋка̀ твоѧ̀ и҆лѝ нога̀ твоѧ̀ соблажнѧ́етъ тѧ̀, ѿсѣцы̀ ю҆̀ и҆ ве́рзи ѿ себє̀: добрѣ́йше тѝ є҆́сть внити въ живо́тъ хро́мꙋ и҆лѝ бѣ́днꙋ, не́же двѣ̀ рꙋцѣ̀ и҆ двѣ̀ нозѣ̀ и҆мꙋ́щꙋ вве́рженꙋ бы́ти во ѻ҆́гнь вѣ́чный: и҆ а҆́ще ѻ҆́ко твоѐ соблажнѧ́етъ тѧ̀, и҆змѝ є҆̀ и҆ ве́рзи ѿ себє̀: добрѣ́йше тѝ є҆́сть со є҆ди́нѣмъ ѻ҆́комъ въ живо́тъ вни́ти, не́же двѣ̀ ѻ҆́чи и҆мꙋ́щꙋ вве́рженꙋ бы́ти въ гее́ннꙋ ѻ҆́гненнꙋю. Блюди́те, да не пре́зрите є҆ди́нагѡ ѿ ма́лыхъ си́хъ: гл҃ю бо ва́мъ, ꙗ҆́кѡ а҆́гг҃ли и҆́хъ на нб҃сѣ́хъ вы́нꙋ ви́дѧтъ лицѐ ѻ҆ц҃а̀ моегѡ̀ нбⷭ҇нагѡ.

Вѣ́рꙋю.

**Offertorium.** **Apoc. 8.** Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuríbulum aúreum in manu sua: et data sunt ei incénsa multa: et ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dei. Allelúja.

**Secreta**

Hóstias tibi, Dómine, laudis offérimus, supplíciter deprecántes: ut eásdem, angélico pro nobis interveniénte suffrágio, et placátus accípias, et ad salútem nostram proveníre concédas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**Communio.** **Dan. 3.** Benedícite omnes Angeli Dómini Dóminum: hymnum dícite, et superexaltáte eum in sæcula.

**Postcommunio.**

Beáti Archángeli tui Michaélis intercessióne suffúlti: súpplices te, Dómine, deprecámur; ut quod ore proséquimur, contingámus et mente. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**Прино́съ** **А҆пок. и҃.** Ста̀ А҆́гг҃лъ предъ ѻ҆лтаре́мъ хра́ма, и҆мѣ́ѧй кади́лницꙋ зла́тꙋ въ рꙋцѣ̀ свое́й: и҆ да́ны бы́ша є҆мꙋ̀ ѳѷмїа́ми мно́зи, и҆ и҆зы́де ды́мъ кади́лный предъ бг҃а. А҆ллилꙋ́їа.

**Та́йнаѧ**

Жр҃твы хвалы̀ тебѣ̀, гдⷭ҇и, прино́симъ, прилѣ́жнѡ моля́ще, да тї̑яжде, хода́тающи за ны̀ а҆́гг҃лстѣ́й по́мощи, и҆ ᲂу҆мило́стивленъ прїе́млеши, и҆ къ на́шемꙋ спасе́нїю ᲂу҆спѣ́ти пода́си. Гдⷭ҇емъ на́шимъ і҆и҃сомъ хрⷭ҇то́мъ, сн҃омъ твои́мъ, и҆́же съ тобо́ю живе́тъ и҆ ца́рствꙋетъ въ є҆ди́нствѣ дх҃а ст҃а́гѡ бг҃ъ, во вѣ̑ки вѣкѡ́въ.

**Причаще́нїе** **Дан. г҃.** Благослови́те всѝ а҆́гг҃ли гдⷭ҇ни гдⷭ҇а: пѣ́снь рци́те и҆ превозноси́те є҆го̀ во вѣ́ки.

**Попричаще́нїе**

Блаже́ннагѡ а҆рха́гг҃ла твоегѡ̀ михаи́ла хода́тайствомъ подкрѣпле́ни, прилѣ́жно тѧ̀, гдⷭ҇и, мо́лимъ, да є҆́же ᲂу҆сты̑ послѣ́дꙋемъ, ѿсѧже́мъ и҆ мы́слїю. Гдⷭ҇емъ на́шимъ і҆и҃сомъ хрⷭ҇то́мъ, сн҃омъ твои́мъ, и҆́же съ тобо́ю живе́тъ и҆ ца́рствꙋетъ въ є҆ди́нствѣ дх҃а ст҃а́гѡ бг҃ъ, во вѣ̑ки вѣкѡ́въ.